



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

29. Dies Julii. Membra sumus Magni Corpatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**

## 29. DIES JULI.

Membra sumus Magni Corporis. Seneca  
Epist. 95.

Benevo-  
lentia.

**Q**uàm est facile cuivis homini velle: tam non est difficile, omnibus benè velle. Hinc nescitur ex Charitate, pulcherrimæ matris, pulcherrima proles, Benevolentia. Cujus, si pondus non intelligis, pondera Divi Ambrosii verba, ut intelligas: (a) *Tolle ex usu hominum Benevolentiam, unquam Solem è mundo culeris, ita erit, quia sine ea ius hominum esse non potest.* Ejusdem momentum capies, si suis momentis expendas illud adagium, hanc autem è penu Divi Hieronymi: (b) *Unus Benevolentie pilus magis trahit, quam centum boves, unum bobus juncti.* Benevolentia non tantum fortiter trahit, sed firmiter munit. Hinc, amicis suadentibus Antigono, ut si Athenas caperet, validis illam præsidii communiret, ne quando deficeret: respondit, se semper fuisse in ea opinione: ut crederet nullum esse Regni præsidium firmius, quam civium benevolentiam. Est autem benevolentia latè patens, & ad omnes quoscunque suissimè scilicet explicans; quia nullus omnino est, quem suo sinu non complectitur: nullus, qui ejus fructu excluditur. Omnes quippe homines sumus: eodem, omnes, parente Deo procreati: cuius etiam sapientissimum consilium in universo hominum genere, ex unius primi hominis substantia, ad stabilien-

Oo f

dam

(a) I. Offic. c. 32. (b) Nov. l. 24.

Julius  
dam Charitate in educendo, omnes Sapientes mo-  
ritè suspiciunt.

II. Plurima habemus in rerum natura conce-  
diae inter nos pignora, & Charitatis vincula. Hoc  
accuratè expendit Divus Chrysostomus: ex eo, quod  
omnes ejusdem substantiae simus. (a) Deinde, quod  
ex viro sit mulier, & liberi, item ex utroque. Hinc  
multi nascuntur affectionis modi. Hunc, quia pater  
est, amamus; illum, quia avus: hanc, quod sit matri  
illam, quod nutrix: hunc: quod filius: illum, qui  
nepos: & illum, item, quod princeps: hanc, quia sib-  
ilia: illam, quia neptis: hunc, quia frater: illum, qui  
ex fratre nepos: hanc, quia soror: illam, ex sorore ne-  
tem: & quid recensere universam cognitionis seru-  
attineret? Sic Deus nos undique coniunxit à natura,  
à sanguine, à cognatione, ab affinitate, à commer-  
ciis, à similitudine, à lingua, à loco. Aliud deinde,  
insigne est argumentum ad infigendam sinceram,  
& integrum erga omnes Benevolentiam: ex eo pre-  
titum, quod omnes, quotquot sumus, fratres su-  
mus. Quod observat in hunc modum Divus Am-  
brosius: (b) Omnes homines unius naturae partus sunt  
intra ejus concepti viscera, & uno fotti, atque effi-  
utero. Unde nobis jure quodam germanitatis, velat  
fratres connectimur, ab uno Patre conditi, & una  
Matre, tanquam fratres uterini editi. Et ideo, cum  
sumus rationabilis naturae soboles, tanquam uterini  
diligere debemus amore mutuo.

III. Est & aliud argumentum in hanc rem de-  
ductum: quod non modo simus tanquam unius  
uteri fratres; sed unius humanae societatis, tan-  
quam

(a) Hom. 20. ad Ephes. (b) L. 2. de Abraham, c.

Julius.  
quam ui-  
lam hu-  
quod via-  
num es-  
nos cogni-  
ret. Hac  
fecit.  
constitu-  
imperio  
dendam  
nullum  
volentia  
ent de l-  
dit, qua-  
dio tutu-  
Hoc uno  
munivio  
quid sun-  
mus, ac  
libus, in  
ganasci  
sunt. Ha-  
vis, ne  
& infir-  
nevole  
torque  
facere:  
non da-  
nus vul-  
Dat  
[a]

Julius. **Tessera.** 587  
quam unius corporis membra. Unde hanc formu-  
lam humani officii sic tradit Seneca : (a) Omne hoc  
quod vides, quo Divina, atque humana conclusa sunt,  
unum est : Membra sumus Corporis Magni. Natura  
nos cognatos edidit : cum ex iisdem, & in eadem gigne-  
rit. Hac nobis amorem indidit mutuum, & sociabiles  
facit. Illa, aequum justumque composuit, Ex illius  
constitutione, miseriis est nocere, quam laeti. Ex illius  
imperio, parata sunt juvantis manus. Sed ad persua-  
dendam hanc mutuam inter homines concordiam :  
nullum est nervosius argumentum, quod nisi Bene-  
volentiam invicem exhibeamus, & tueamur, actum  
est de humana societate ; ut non tam leviter ostendit,  
quam graviter convincit Seneca : (a) Nam, quo  
dico tuis sumus quam quod mutuis juvamur officii ?  
Hoc uno instructior vita, contraque incursions subitas  
minior est beneficiorum commercio. Fac nos singulos,  
quid sumus ? Prada animalium, & victima, & vilissi-  
mus, ac facillimus sanguis. Quoniam ceteris anima-  
libus, in tutelam sui, satis virium est. Quaecunque va-  
gantescuntur, & actura vitam segregem, armata  
sunt. Hominem, imbecillitas cingit : Non unguium  
vis, non dentium, terribilem fecit ceteris; Nudum;  
& infirmum societas munit. Hæc benè expensa, Be-  
nevolentiam cuilibet non tanrum suadebunt, sed ex-  
torquebunt. Non cuivis est integrum, cuivis bene-  
facere: quivis tamen potest cuilibet benè velle. Ubi  
non datur munus, superest, ut detur saltem benignus vultus. Enim vero.

Dat multum: placidum dans, vel sine munere vul-  
tum.

30. DIES

[a] Epist. 95. (b) L. 4. de benefic. c. 18.